

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

## **Dissertatio Philosophica De Idea Mundi Generali**

[Schwerin]: Typis Bærensprungianis, 1756


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn178852781X>

Druck    Freier  Zugang





K. K. 2 (161.)





13  
DISSERTATIO PHILOSOPHICA

DE

# IDEA MUNDI

GENERALI,

QUAM, PRÆSIDE

IOANNE CHRISTIANO CLEMANNO,

LYC. CATH. SUER. CORRECTORE,

DIE 7 APRILIS MDCCCLVI

HORIS POST MERIDIANIS

DEFENDET

CHRISTIAN FRIDERICH BERNER,

SUERINENSIS.

TYPIS BÆRENSPRUNGIANIS.

Di

DISSESTITIO PHILOSOPHIC

DE

IDEA MUNDI



GENERALI



CHRISTIANUS FELIX

JOANNÆ CHRISTIANO CLEMENS

INC CANTÙ SUEC CONNIVORE

DIE ASTRÆA YDCEIA

HORIS POST MERIDIANS

DESCRIPT

CHRISTIAN HEDERICH HERING

CHRISTIANUS FELIX

FYSIS ERGUNTERINGIANE

**VIRO  
PRÆCLARISSIMO, CONSULTISSIMO, DOCTISSIMO,  
COMITI PALATINO CÆSAREO SPECTABILISSIMO,  
J. V. DOCTORI DIGNISSIMO,  
ADVOCATO IN SUMMIS DICASTERIIS MEGALOPOLITANIS  
CELEBERRIMO,  
DOMINO, DOMINO  
CHRISTOPHORO HENRICO  
BERNERO,**

PATRI SUO, OMNI HONORIS AC PIETATIS CULTU  
AD VRNAS VSQUE DEVENERANDO, HOC LITTERARUM

SPECIMEN

OFFERT

RESPONDENS.

A I R O

P R E C I A R I S S I M O C O N S U L T A S S I M O D O C T I S S I M O

C O M I T I L V A T I M O G E R V I U O S E C T A V I U S S I M O

L A D O C T O R I D I C N I S S I M O

V D A C Y T O I N S U M M I S D I C A S T E R I S M I C H I O L O G Y T A M I S

C H I E F E R L I M O

D O M I N O D O M I N O

C H R I S T O P H O R O H E N R I C O

B E R N I E R O


L A T T I S S U D O Q M O M H O N O R I S A C T E T T A S C U T T I

A D A L M A S A Z O P H E D I C T A M U N D O H O C M U T T E R A M U

M E M O R I A

O T T I T O

E B E I O N D E N I



rimos hosce studiorum fructus leves  
satis et nondum maturos TIBI, PA-  
TER DEVENERANDE, vouere, sacrosque  
dicare, quum ausus sim, vix spero, me temeritatis  
notam effugere posse et suspicionem, nisi aliquid  
saltem excusationis loco adferam. Sunt multa  
eaque maxima, quibus me iam a primis aetatis  
meae annis cumulasti, beneficia, quorum si animo  
meo oblivionem inhaerere sinerem, nomine filii  
aeque ac amore Tvo sane indignus forem. Maxi-

A 3


ma



ma cura, maximaque animi proclivitate semper in-  
vigilaſti, literas, quae humanitatis vocantur, quae-  
que viam ad altiorem eamque solidiorem pandunt  
eruditionem, ut rite erudirer, et nunquam preci-  
bus meis, quod TIBI honori, mihi vero commo-  
do esse potuit, denegasti. Hic habes causas, quae  
ad hoc publicum gratissimae meae mentis testimo-  
nium exſtruendum me impulerunt. TE pro Tva  
humanitate id aequi bonique consulturum, meque  
Tvo paterno amore porro dignum acſtimatu-  
rum, certissime confido.



EA



§. I.

Quia mundi idea, quam recentiores philosophi, præsertim Wolffii rationem philosophandi qui imitantur, in Cosmologia substernunt, et ex qua reliquas, quae ad Cosmologiam pertinent, doctrinas deducunt, per modum abstractionis formata esse dicitur a): Sine vlla erroris formidine, eam vniversalem esse ideam, colligere possumus. Nam quid

a) Baumeisterus §. 391. Metaph. "Quare si distinctam completamque mundi generatiæ spectati notionem formare velis, opus est, ut hunc, qui existit, individuum mundum, quem vocant adspectabilem, attentre contuearis atque ita, abstractionis ope, generaliorem tibi mundi conceptum formes, „ Gottsched §.

quid a Philosophis aliud nomine vniuersalitatis insignitur, nisi quod per abstractionem formatum sit?

§. II.

Omnis idea vniuersalis vel specie vel genere absolvitur: Nullum datur tertium. Nam quaevis idea vniuersalis aut versatur circa individua, eorumque sicut similitudinem, quae Species dicitur; aut versatur circa Species, earumque exhibit similitudinem, quae genus adpellatur. De generibus, quae disputantur, superioribus, cum iis, quae diximus, accuratissime convenient. Omne enim genus superior in se continet similitudinem generum inferiorum: Quo vero respectu genera inferiora veniunt sub nomine specierum, earumque similitudo accipit nomen generis cum differentiali quadam denominatione

super-

325. Ansangs-Gr. "Der Begriff einer Welt ist ein allgemeiner Begriff. Weil man sich nun aus den einzelnen Dingen, die wirklich vorhanden sind, durch die Absonderung allgemeine Begriffe machen kann: So werden wir uns auch von einer Welt leicht einen Begriff machen können, wenn wir dieses wirklich vorhandene Weltgebäude betrachten und dasjenige davon weglassen, was es zu einem einzelenen Dinge macht. „Et alii, qui Cosmologias methodo Wolffii scrip-  
runt, eandem ingreduntur viam,

superioris. Fac etiam fieri posse, ut quis in hac serie generum ad summum usque progrediatur genus, tamen genera superiora respectu generis summi vices specierum semper sustinebunt. Quin! si quis hanc universalium idearum analysin ad remotissimos cogitationum terminos & sic fere in infinitum extendere posset: Membra tamen inferiora specierum & superiora generum nominibus semper insignientur.

### §. III.

Quum igitur idea mundi ex mente recentiorum philosophorum, Wolffii methodum sequentium sit idea universalis; (§. I.) Omnis vero idea universalis absolvatur aut specie, aut genere: (§. II.) sequitur, ut idea mundi sit idea sive speciei, sive generis.

### §. IV.

Entia, quae in characteribus convenientiunt, dicuntur similia. Est igitur similitudo nil, nisi convenientia entium in characteribus. E. g. Cicero, Hortensius, Cato aliique Romani in eo convenientiunt, quod sint homines, quod gaudeant corpore & anima rationali: Ergo ibi similes dicuntur.

B

### §. V.



§. V.

Entia comparare nihil aliud significat, quam convenientiam eorum investigare aut disconvenientiam, e. g. Comparamus quosdam ducatos aut quaedam specula: Quid aliud agimus, quam ut videamus, vtrum in characteribus quibusdam inter se convenient, nec ne?

§. VI.

Quum igitur comparatio investiget convenientiam multorum entium; (§. V.) in hac convenientia autem consistat similitudo: (§. IV.) sequitur, ut similitudo per comparationem investiganda sit.

§. VII.

Comparatio investigat convenientiam aut disconvenientiam multorum entium (§. V.) Ergo sine pluralitate entium comparatio institui nequit.

§. VIII.

SINE PLURALITATE ENTUM NULLA DATUR SIMILITUDO.  
Nam similitudo nititur convenientia entium in characteri-



11

racteribus. (§. IV.) Convenientia ista investigatur per comparationem. (§. V. & VI.) Comparatio autem, cessante entium pluralitate, institui nequit. (§. VII.) Ergo adparet, similitudinem sine pluralitate entium in fumum abire.


### §. IX.

Individuum ab hodiernis philosophis ens omnimode determinatum vocatur, i. e. ens, quod aliter, salva sua, quam habet, individualitate, determinari nequit. Simulac enim alias admittit determinationes, non amplius manet idem, quod fuit, individuum. E. g. haec mensa, in qua iam scribo, est ita determinata, ut aliter nullo modo determinari possit, quatenus haec mensa manere debet: Adiicias, quaeso, vnicam aliam determinationem sive coloris, sive longitudinis, sive diminutionis sive mutationis loci, non amplius habebis eandem mensam, quam ante adiectas novas determinationes habuisti.

*Scholion.* Quod si haec individui definitio displiceat, alia eaque forsitan quibusdam clarior in promtu est, qua individuum definitur, quod sit id, quod non possit dividi in plura talia, quale est ipsum adaequate. E. g. Paulus, quatenus adaequate ille Paulus manere debet, non potest in alios Paulos dividi. Hoc scalpellum, quatenus adaequate hoc scalpellum manere debet, in plura scapella adaequate talia dividi nequit.

B 2

§. X.



### §. X.

Species est similitudo individuorum vel essentialium determinationum convenientia, quam multa inter se habent individua. E. g. Vocabulum **Templum** involvit ideam speciei, quoniam in se continet convenientiam vel similitudinem characterum essentialium multorum templorum individuum e. g. Nicolai, Jacobi, Mariae, Catharinae, Petri, Georgii aliorumque.


### §. XI.

**IDEA SPECIEI SINE PLURALITATE ENTUM FORMARI NEQUIRT.** Nam species involvit similitudinem individuorum, (§. X.) Similitudo eruitur & investigatur per comparationem, (§. VI.) Comparatio autem nititur entium pluralitate. (§. VII.) Ergo nulla datur idea speciei sine entium pluralitate,

### §. XII.

Genus est similitudo sive convenientia specierum. E. g. Animal est vocabulum generis : In se enim continet convenientiam characterum essentialium, qui in equis, cervis, porcis, canibus, Tauris aliisque animalibus deprehenduntur.

### §. XIII.



13

### §. XIII.

NULLA DATUR IDEA GENERIS SINE PLURALITATE SPECIERUM. Genus requirit similitudinem specierum: (§. XIII.) similitudo autem requirit pluralitatem entium. (VIII.) Ergo nulla datur idea generis sine pluralitate specierum.

### §. XIV.


OMNIA, QUAE EXISTUNT, ENTIA SUNT INDIVIDUA. Nam entia, quae existunt, adeo omnimoda gaudent determinatione, ut salva sua, quam habent, existentia, aliter determinari nequeant, dicuntur individua. (§. IX.) Ergo entia actu existentia sunt individua.

### §. XV.

MUNDUS HIC PRAESENS ET ADSPECTABILIS EXISTIT: id quod quilibet ex sua ipsius existentia sine ullo colligere potest negotio. Si quis enim mundi existentiam negaret, ipsa negatione eam adstrueret. Nam, qui negat, negando agit. Qui agit, existat, necesse est: Non entis enim nullae sunt affectiones. Qui vero existit, in mundo existat, oportet, siquidem nullius, praeter Deum, existentia sine conceptu huius mundi concipi potest.

B 3

Schol.



*Scholion.* Quodsi quis, facta cum idealistis conspiratione, atmisque captis, signa nobis inferre auderet, ille, sistema Idealistarum nobis minime repugnare, sciat. Mundum enim existere, omnes omnino Idealistae concedere debent. Hic vero mundus utrum sit idealis, an materialis, nobis perinde est, dummodo mundus existat.

### §. XVI.

Ex his, hactenus expositis in mediumque prolatis, sine contradictionis formidine, mundum praesentem hunc et adspectabilem in numerum individuorum omni iuris fundamento esse referendum, perspicere licet. Omne enim ens, actu existens, est individuum. (§. XIV.) Mundus vero hic existit. (§. XV.) Ergo mundus est individuum.

### §. XVII.

Praeter hunc adspectabilem, qui sistitur, mundum nullus quum existat alius; ad componendam vero univalem ideam mundi, pluralitas mundorum requiratur (§. §. XI. XIII.) sequitur, nullam de mundo ideam univalem formari posse.

*Schol.* Qui hic nobis opponere vellet mundos possibles, illum ante probare oportet, possibiles res unquam fuisse obiecta abstractionis. Possibilium rerum sine respectu ad earum complementum i. e. existentiam praeter absentiam contradictionis nulla alia datur adseatio; hinc nemo cognoscere potest, quaenam sint determinaciones essentiales quaeve accidentales. Quum vero cognitio earum ad abstra-



15

abstractionem necessario requiratur; (p. pp. logic.) constat, quod res possibiles minime obiecta abstractionis esse possint. Quin certum me habeo, fore, ut a possibilibus ideas universales abstracturus ludibrio omnium & risui non solum se exponat, sed etiam nomine Philosophi indignus sit; siquidem, qui possibilia abstractionis obiecta constituit, non abstrahere, sed possibilibus affectiones adfingere videtur: affectiones enim rerum possibilium non, nisi ex complemento, cognoscuntur. Sic e. g. ex Mundi existentia ad modum et rationem eius possibilitatis concludere possumus, ita scilicet colligendo, mundum ea tantum ratione possibilem esse, quae ratione existit.

### §. XVIII.

Exsulante individualium mundorum pluralitate, nulla datur mundorum comparatio. (§. VII.) Vbi nulla locum obtinet entium comparatio, ibi nulla datur similitudo, vtpote quae per comparationem investigatur. (§. VI.) Vbi nulla datur similitudo individualium mundorum, ibi nulla datur idea speciei de mundo. (§. X.) Jam vero unus duntaxat individualis existit mundus. (§. XVII.) Ergo nullam nobis formare possumus ideam speciei de mundo praesenti.

### §. XIX.

Multis inter se collatis speciebus, earumque essentialibus determinationibus et characteribus colle-

collectis, idea generis oritur, quippe quae nil, nisi similitudinem determinationum essentialium in speciebus, ad suum genus pertinentibus, exhibit. Quum vero pluralitas specierum desit, sole clarus adparet, ideam generis evanescere debere. Quemadmodum enim ad ideam speciei individuorum: (§. XI.) sic ad ideam generis specierum requiritur pluralitas. (§. XIII.) Ergo etiam nulla datur de mundo idea generis.

### §. XX.

Quum igitur omnis idea vniuersalis aut specie, aut genere absolvatur; (§. II.) idea mundi vero nec idea speciei, (§. XVIII.) nec generis (§. XIX.) vocari queat: sequitur, ideam mundi nulla ratione nulloque iure nomine et titulo ideae vniuersalis praedicari posse.

### §. XXI.

Repraesentatio rerum existentium vel individuorum dicitur idea individualis vel singularis. (p. pr. Log.) Mundus praesens existit. (§. XV.) Quidquid existit, est individuum. (§. XIV.) Ergo repraesentatio huius mundi non est idea vniuersalis, sed tantummodo individualis et singularis.

### §. XXII.



17

### §. XXII.

Descriptio est repraesentatio vel enarratio omnium, quae requiruntur, determinationum essentialium, pariter ac accidentalium, quae in individuo occurunt. (per def.) Quum vero ideae singulares id praestent; (§. XXI.) sequitur, ut ideae individuales vel singulares descriptionibus adnumerandae sint.

### §. XXIII.

Mundi idea est idea individualis vel singularis: (§. XXI.) Ideae vero singulares vel individuales vocantur descriptiones. Ergo idea mundi non est idea vniuersalis, sed nuda descriptio huius praesensis, quem incolimus, mundi.

*Schol.* Ad destruendam vniuersalitatem ideae mundi, ita quoque & quidem minori forsan procedere possumus negotio: Mundus existit. (§. XV.) Quidquid existit, est individuum. (§. XIV.) Ergo Mundus est individuum. (§. XVI.) Individuum, quia genus non habet, definiti nequit. (per pp. logic.) Ergo etiam mundus definiti nequit. Quidquid definiti non potest, in id vniuersalis idea cadere non potest, quandoquidem definitio, quia per abstractionem formatur, ideam vniuersalem sub se complectitur. Ergo fieri nulla ratione potest, vt de hoc praesenti mundo vniuersalis idea formari queat.

### §. XIV.

Nescio igitur, his excussis, quomodo fieri potuerit, vt hi viri, eruditionis gloria non parum

C

con-

spicui, adeo a veritatis tramite aberrando, in id  
erroris inciderint, sibique & suis regulis in Logica  
expositis contradixerint. Si sua, quae conscripse-  
runt publicique iuris fecerunt compendia sive sy-  
stemata logica inspexissent & ad quae lectores suos  
ex Cosmologia ad veritatem ideae mundi exami-  
nandam remittunt, hunc infauustum haud difficili  
negotio evitare potuissent gressum. In capite de  
Abstractione in formandis ideis vniuersalibus sem-  
per ad pluralitatem entium adtendere, ea compa-  
rare, characteres essentiales ab accidentalibus sepa-  
rare iubent, et quidem recte: Natura enim abstra-  
ctionis id involvit. Quodsi huius regulae rationem  
habuissent, facile ideam de mundo formatam ad  
hanc regulam exigere eamque examinare potuissent.  
Non sufficit ad omissionem determinationum  
individuantium, vt Reuschius, Godschadius et Bau-  
meisterus feeerunt, provocare, aut ad pluralitatem  
mundorum A. B. C. vt Dihnius M. et Rector  
huius Lycei meritissimus in libro: *Die Lehre von  
der Welt*, et sic regulam quidem allegare, sed sine  
adpolatione. Hoc facile est factu: Demonstran-  
dum potius est, quaenam, vnicō existente mundo  
sint illae determinationes, quae in formanda idea  
mundi vniuersali omittantur et quomodo separan-  
dae et ab essentialibus distinguendae. Demonstran-  
dum

dum est, vbi sint mundi A. B. C. ex quorum  
comparatione idea mundi vniversalis abstractionis  
ope elicienda sit. Hic Rhodus, hic salta. Equi-  
dem me non fugit, multos possibles mundos in  
intellectu divino exstitisse, ex quibus hic praesens  
ceu optimus electus et productus est, sed illi, vt  
iam ante dixi, hic in censem non veniunt. Illu-  
stris igitur Daries, cuius acute iudicandi facultas  
omnibus iampridem innotescit et qui nunquam  
ron suis regulis, in Logica traditis, convenienter  
gere consuevit, ne se ipsum redarguat, non eam,  
qua reliqui, ante dicti, nescio quo fato, a veritate  
aberraverunt, calcavit viam, sed aliam eamque  
longe feliciorem, mundum nempe non definiendo,  
sed describendo. “Mundus, ait, est machina, ex  
diversis regionibus DISTANTIBUS, inter se tamen con-  
nexis, eum in finem a DEO composita, vt entia  
finita eaque rationalia in ea habitent.



10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
20  
21  
22  
23  
24  
25  
26  
27  
28  
29  
30  
31  
32  
33  
34  
35  
36  
37  
38  
39  
40  
41  
42  
43  
44  
45  
46  
47  
48  
49  
50  
51  
52  
53  
54  
55  
56  
57  
58  
59  
60  
61  
62  
63  
64  
65  
66  
67  
68  
69  
70  
71  
72  
73  
74  
75  
76  
77  
78  
79  
80  
81  
82  
83  
84  
85  
86  
87  
88  
89  
90  
91  
92  
93  
94  
95  
96  
97  
98  
99  
100  
101  
102  
103  
104  
105  
106  
107  
108  
109  
110  
111  
112  
113  
114  
115  
116  
117  
118  
119  
120  
121  
122  
123  
124  
125  
126  
127  
128  
129  
130  
131  
132  
133  
134  
135  
136  
137  
138  
139  
140  
141  
142  
143  
144  
145  
146  
147  
148  
149  
150  
151  
152  
153  
154  
155  
156  
157  
158  
159  
160  
161  
162  
163  
164  
165  
166  
167  
168  
169  
170  
171  
172  
173  
174  
175  
176  
177  
178  
179  
180  
181  
182  
183  
184  
185  
186  
187  
188  
189  
190  
191  
192  
193  
194  
195  
196  
197  
198  
199  
200  
201  
202  
203  
204  
205  
206  
207  
208  
209  
210  
211  
212  
213  
214  
215  
216  
217  
218  
219  
220  
221  
222  
223  
224  
225  
226  
227  
228  
229  
230  
231  
232  
233  
234  
235  
236  
237  
238  
239  
240  
241  
242  
243  
244  
245  
246  
247  
248  
249  
250  
251  
252  
253  
254  
255  
256  
257  
258  
259  
259  
260  
261  
262  
263  
264  
265  
266  
267  
268  
269  
270  
271  
272  
273  
274  
275  
276  
277  
278  
279  
280  
281  
282  
283  
284  
285  
286  
287  
288  
289  
290  
291  
292  
293  
294  
295  
296  
297  
298  
299  
300  
301  
302  
303  
304  
305  
306  
307  
308  
309  
310  
311  
312  
313  
314  
315  
316  
317  
318  
319  
320  
321  
322  
323  
324  
325  
326  
327  
328  
329  
330  
331  
332  
333  
334  
335  
336  
337  
338  
339  
339  
340  
341  
342  
343  
344  
345  
346  
347  
348  
349  
349  
350  
351  
352  
353  
354  
355  
356  
357  
358  
359  
359  
360  
361  
362  
363  
364  
365  
366  
367  
368  
369  
369  
370  
371  
372  
373  
374  
375  
376  
377  
378  
379  
379  
380  
381  
382  
383  
384  
385  
386  
387  
388  
389  
389  
390  
391  
392  
393  
394  
395  
396  
397  
398  
399  
399  
400  
401  
402  
403  
404  
405  
406  
407  
408  
409  
409  
410  
411  
412  
413  
414  
415  
416  
417  
418  
419  
419  
420  
421  
422  
423  
424  
425  
426  
427  
428  
429  
429  
430  
431  
432  
433  
434  
435  
436  
437  
438  
439  
439  
440  
441  
442  
443  
444  
445  
446  
447  
448  
449  
449  
450  
451  
452  
453  
454  
455  
456  
457  
458  
459  
459  
460  
461  
462  
463  
464  
465  
466  
467  
468  
469  
469  
470  
471  
472  
473  
474  
475  
476  
477  
478  
479  
479  
480  
481  
482  
483  
484  
485  
486  
487  
488  
489  
489  
490  
491  
492  
493  
494  
495  
496  
497  
498  
499  
499  
500  
501  
502  
503  
504  
505  
506  
507  
508  
509  
509  
510  
511  
512  
513  
514  
515  
516  
517  
518  
519  
519  
520  
521  
522  
523  
524  
525  
526  
527  
528  
529  
529  
530  
531  
532  
533  
534  
535  
536  
537  
538  
539  
539  
540  
541  
542  
543  
544  
545  
546  
547  
548  
549  
549  
550  
551  
552  
553  
554  
555  
556  
557  
558  
559  
559  
560  
561  
562  
563  
564  
565  
566  
567  
568  
569  
569  
570  
571  
572  
573  
574  
575  
576  
577  
578  
579  
579  
580  
581  
582  
583  
584  
585  
586  
587  
588  
589  
589  
590  
591  
592  
593  
594  
595  
596  
597  
598  
599  
599  
600  
601  
602  
603  
604  
605  
606  
607  
608  
609  
609  
610  
611  
612  
613  
614  
615  
616  
617  
618  
619  
619  
620  
621  
622  
623  
624  
625  
626  
627  
628  
629  
629  
630  
631  
632  
633  
634  
635  
636  
637  
638  
639  
639  
640  
641  
642  
643  
644  
645  
646  
647  
648  
649  
649  
650  
651  
652  
653  
654  
655  
656  
657  
658  
659  
659  
660  
661  
662  
663  
664  
665  
666  
667  
668  
669  
669  
670  
671  
672  
673  
674  
675  
676  
677  
678  
679  
679  
680  
681  
682  
683  
684  
685  
686  
687  
688  
689  
689  
690  
691  
692  
693  
694  
695  
696  
697  
698  
698  
699  
699  
700  
701  
702  
703  
704  
705  
706  
707  
708  
709  
709  
710  
711  
712  
713  
714  
715  
716  
717  
718  
719  
719  
720  
721  
722  
723  
724  
725  
726  
727  
728  
729  
729  
730  
731  
732  
733  
734  
735  
736  
737  
738  
739  
739  
740  
741  
742  
743  
744  
745  
746  
747  
748  
749  
749  
750  
751  
752  
753  
754  
755  
756  
757  
758  
759  
759  
760  
761  
762  
763  
764  
765  
766  
767  
768  
769  
769  
770  
771  
772  
773  
774  
775  
776  
777  
778  
779  
779  
780  
781  
782  
783  
784  
785  
786  
787  
788  
789  
789  
790  
791  
792  
793  
794  
795  
796  
797  
797  
798  
799  
799  
800  
801  
802  
803  
804  
805  
806  
807  
808  
809  
809  
810  
811  
812  
813  
814  
815  
816  
817  
818  
819  
819  
820  
821  
822  
823  
824  
825  
826  
827  
828  
829  
829  
830  
831  
832  
833  
834  
835  
836  
837  
838  
839  
839  
840  
841  
842  
843  
844  
845  
846  
847  
848  
849  
849  
850  
851  
852  
853  
854  
855  
856  
857  
858  
859  
859  
860  
861  
862  
863  
864  
865  
866  
867  
868  
869  
869  
870  
871  
872  
873  
874  
875  
876  
877  
878  
879  
879  
880  
881  
882  
883  
884  
885  
886  
887  
888  
889  
889  
890  
891  
892  
893  
894  
895  
896  
897  
897  
898  
899  
899  
900  
901  
902  
903  
904  
905  
906  
907  
908  
909  
909  
910  
911  
912  
913  
914  
915  
916  
917  
918  
919  
919  
920  
921  
922  
923  
924  
925  
926  
927  
928  
929  
929  
930  
931  
932  
933  
934  
935  
936  
937  
938  
939  
939  
940  
941  
942  
943  
944  
945  
946  
947  
948  
949  
949  
950  
951  
952  
953  
954  
955  
956  
957  
958  
959  
959  
960  
961  
962  
963  
964  
965  
966  
967  
968  
969  
969  
970  
971  
972  
973  
974  
975  
976  
977  
978  
979  
979  
980  
981  
982  
983  
984  
985  
986  
987  
988  
989  
989  
990  
991  
992  
993  
994  
995  
996  
997  
997  
998  
999  
999  
1000

# VIRO-IUUENI ORNATISSIMO,

HUIUS DISSERTATIONIS RESPON-  
DENTI EXERCITATISSIMO.

S. P. D.

## P R A E S E S.

In academiam abiturus, VIR'- JUENIS ORNATISSIME, vulgarem abeundi ritum modumque respuis, dissertationem publice defendendo. Recte facis: Sic itur ad astra: Sic Tui honoratissimi parentes, reliqui tecum cognitionis vinculo coniuncti et omnes, qui TIBI bene cupiunt, non solum vident, Te non male tempus in schola nostra per omne spatium, quo lectionibus nostris interfuisse licuit, collocasse, potius ita, ut iuuenem ad veram eruditionis laudem aspirantem decet, transegisse: Sed etiam commilitones ad eundem, modo ullus in ipsis ad honorem stimulus refideat, discendi ardorem certissime excitatuntur. Plerique hactenus, proh dolor! ne primis quidem literarum rudimentis instructi et immatura saepe aetate in academias avolarunt. Deus id mali in posterum avertat, vt pote quod inutilif-

C 3

simos


simos Reipublicae parit homines. Tibi vero, VIR-  
JUENIS ORNATISSIME, de hoc specimine gratulor, et  
sicut ex sincero animi affectu opto, ut hac, qua  
feliciter incepisti, via pergas, sic non dubito, ~~quod quin~~  
honoratissimi Tui parentes et cognati verissimam  
voluptatem et patria certissimum fructum ex fu-  
turiis Tuis laboribus capturi sint. Dedi prid.  
Cal. April. MDCCCLVI.

2323189

Luca secundum spiritus Vir-Juene ornatus  
allegiorum spirituum modum telegies dicitur  
in omnibus populis credendis. Reges reges: Sic tu  
in his: sic Tu honoratissimi parentes telegies es  
cum consanguineis affincis consuect et officia di-  
Tua postea cibarie non solent vivere Tua non us-  
et concubae in temporibus vestris est omnia pessima duo  
legitimi viri sicut inter se fratres: tunc collegiali posse  
at incedunt deinceps: sed etiam coniunctio-  
nem suam deinceps nesciunt: sed etiam coniunctio-

3











Species est similitudo individuorum vel essentia determinationum convenientia, quam multa habent individua. E. g. Vocabulum *animal* involvit ideam speciei, quoniam in se convenientiam vel similitudinem characteret animalium multorum templorum individuum, scilicet *colai, Jacobi, Mariae, Catharinae, Petri,* et ceterorumque.

IDEA PLURALITATE ENTUM FORMARI NEQUIR. Nihil enim involvit similitudinem individuorum, (§. VI.) sed similitudo eruitur & investigatur per comparationem. (§. VI.) Comparatio autem nititur entium (§. VII.) Ergo nulla datur idea speciei a pluralitate.

Genus est similitudo convenientia specierum. E. g. Animal est genus generis: In se enim continet convenientiam ceterum essentialium, qui in equis, cervis, bovinis, Tauris aliisque animalibus deprehendi possunt.